

raciones, in eo factas ab emphyteuta, sed renouatio tunc eius heredi vel consanguineo faciendā sit pro antiqua portione pensione, etiam si alius meliorem obtulerit, correspondentem valori rei melioratæ; cum ferè semper contingat, fundum in emphyteusim datum, impensa, & labore emphyteutæ meliorem effici. Imò emphyteutis origo nulla alia fuit, quàm rem ad meliorandum dare, inde sic dicitur, vel ab emponente, dictione Græca, quæ Latine idem valet quod melioratio, vt notat Accursius in Authentice, de non alienand. §. si rem autem, verbo meliorationum, cellat. 2. & in §. adeo autem, verbo emphyteutes, in lib. de locatione, & conductione, communiter, receptus vt constat ex Speculatore tit. de emphyteusi (alias de locato, §. nunc aliqua) numero 2. & alius pluribus, quos refert, ac sequitur Aluarius Valac. de iure emphyt. quæst. secunda, numero secundo. Vel non dissimiliter * ab alio verbo Græco emphyten, quod Latine significat implantare, & inferere, ac gemina ponere, vt voluit Zelius Rhodigin. assignatum lesionum, libro septimo, cap. vltimo, ad finem, ac probatur magis Mate. Anton. Nat. consil. 49. numero sexto, vers. In quo tamen, como primo, Alciac. paragon iuris, libro primo, cap. 16. Ioannes Cortal. in l. ei qui numero 20. ff. de seruitutibus, iuncto libro primo miscellanearum, cap. 21. numero secundo & quarto, Franciscus Conanus comment. iur. civil. libro septimo, cap. duodecimo, numero secunda post principium, Stephanus Forcatulus in neciuanca iuris, dialogo decimo nono, numero quarto, ac post post alios Valac. dist. quæst. secunda, numero tertio, & vltia eos Mantie, de contractibus libro 22. titulo 1. numero 1. Domin. Antonius Pichardus in dist. §. adeo autem, numero 10. & 11. Unde raro, aut nunquam eueniret, renouationem fieri pro noua pensione, respondente valori præsentis, sed ferè semper fieret pro antiqua, contra regulam in declaratione propositam. Accedit, quod * cum finita emphyteusi, huiusmodi fuerit ius emphyteutæ, argument. l. si. §. si quis, Cod. de locatio- ne prædiorum citi sum, libro 11. iustitiam debuit heredi, renouationem eius sibi coaccedi pro pensione, quam alius offert, vt & sit in dist. §. ante, vers. Si verò pro tali, & in l. eiusdem tituli, abique eo, quod pro antiqua illam ei dominus facere cogatur; quo argumento limitationem illam durissimam tandem vocat, neque admittit Ripa sibi contrarius d. c. 4. de remediis præferuntis contra pestem, n. 259. in c. 260. post med. vers. Aut non vult soluere,

Sed adhuc præfata limitatio verissima est, quam post plures alios probat optimè Petrus Barbosa in l. 2. Cod. de prescription. 30. vel 40. annorum à numero 389. & 392. ex eo potissimum, quod non sit verum, finita emphyteusi temporali, meliorationes in re emphyteutica factas pertinere ad dominum, vt falso præsupponit Ripa vbi proxime, per iura, quæ in temporali locatione, non verò in emphyteusi loquuntur, quorum intellectum in l. 2. & 13. dissertatione, late protesti sumus, nam imò pertinent ad facientem, & eius heredes, etiam extraneos, quemadmodum in fundo probat Text. in cap. si vasallum, titulo 28. hic finitur lex, libro secundo feudorum, vnde & in emphyteusi idem communiter Doctores tradunt, vt videre licet ex Speculatore tit. de emphyteusi, numero 177. Baldus & Angelus in l. Senatus 47. §. Marcelus, in fine, per illum quoque Text. ff. de legatis 1. latione in l. 2. numero 27. vers. Si au-

tem finita, & numero 32. Cod. de iure emphyteuti- co, & alius, quos refert, & sequuntur, receptissimam hanc sententiam, præxiq; seruata dicentes Iulius Clarus §. emphyteusi, quæst. 45. numero primo, vers. Si verò, ac numero secundo & §. fundum, quæst. 88. numero primo, Petrus Duenas regula 257. Pinellus in l. 2. Cod. de rescind. venditione, secunda parte, capite tertio, numero septimo, Alvarez Valac. de iure emphyt. quæstione 25. numero 6. Anton. Ganua decis. 22. numero primo, vers. Video tamen, decis. 41. numero septimo, & decis. 71. ex numero primo, Borgninus Caluacanus decis. 36. al. 80. numero 71. secunda parte, Andreas Gaill. practicum obseruatorum libro secundo, obserua. 121. numero decimo quinto, vers. Si verò, Camillus Borrellus in summa decisione, 1. part. titulo 33. à numero 222. Antoninus de Amato, in numeros cumulatis, variatum forensium resoluion. in libro primo, resolut. 14. numero primo, cum sequen- tibus, plures quoque congerit Blasius Flores de Mena, in additione ad Gammann, decis. quarta, numero tertio, & dist. decis. 22. quicquid contra- rium defendat Pachin. quem Antoninus de Amato falso pro se sciat, & controuersar. iuris libro primo, cap. 92. à vers. Verum istis; atque ita non debuit huiusmodi meliorationibus heres inuitus priuati, contra regul. id quod in summa 11. ff. de regul. iur. cum obligat. quemadmodum priuaretur, * si non iuxta antiquum rei valorem sed iuxta præsentem, quæ in meliorationes ipse ad eam pertinentes præstituerat, pensionem soluere cogitaret argument. Text. in l. fin. vers. Similiter, illic: Ne dolent diligentes operam suam agri adesse cultura, nec diligentiam suam sibi datam iam indicantes intelligant, Cod. de allu- nignibus, in l. quicumque 7. l. qui fundus 9. & l. fin. Cod. de nudi agro deserto, libro 11. cap. ad aures 7. de rebus Ecclesiæ, iunctis quæ circa hæc iura in præcedent. dissertat. late diximus.

Nec huiusmodi limitatione retenta, inutilis superior declaratio redditur. Tum quia, etsi emphyteusis origo illa fuerit, vt res ad melio- randum detur, plerumque tamen euenit, res valde fertiles, & viles ab initio in emphy- teusim dari, nec tam meliores reddi, imò quan- doque deteriores ex ignavia possessorum (quo tamen deteriorationis casu renouationis æquitas cessat, vt dissertat. 13. in huiusmodi m. 26.) aut valoris incrementum à tempore accipere absque maiore possessorum impensa, quam nec- cessaria ad rem sustinendam, vt annuam inde commoditatem capiant, nec tamen idè minus propriè emphyteusis dicitur, vt multis probat Valac. de iure emphyt. quæst. 1. & 2. vbiq; numero quinto quo sanè casu nullius factæ meliorationis in re emphyteutica, sed à solo tem- pore productæ, etsi renouationis æquitas ge- neraliter locum habeat, non tamen erit, no- stræ limitationi locus, vt renouatio sit faciendā pro antiqua pensione, sed declaratio potius, vt fiat inspecto valore præsentis. Tum etiam, quia etsi demus, rem emphyteutam impensa, & la- bore emphyteutæ effectam fuisse meliorem, ad- huc tamen limitationis locus non est in emphy- teusi familiaris, quæ ad descendentes primi ac- quiritis, etiam non heredes pertinet, sed in hereditaria mere, vel mixta quæ ad heredes tantum familiaris, vel extraneos respectiue deuoluitur; nam eam ipsa per mortem vltimi possessoris extincta, his tantum renouationis ius compe- tit,

tat, qui eadem qualitate gaudent, qua ad suc- cessionem gaudere debent, vt superius dixi- mus, consequenter in emphyteusi familiaris, co- gnato non heredi renouationem petenti illa faci- enda est, non pro antiqua pensione, sed pro noua inspecto valore præsentis, etiam ex melio- rationibus à possessore factis proueniente, quippe quæ non ad illum, sed ad heredem vltimi emphyteutæ pertinent, ac vice versa in emphy- teusi quoquomodo * hereditaria, renouatio pro antiqua tantum pensione faciendā est, cum va- lor meliorationum, ad heredem eam petentem pertineat.

Sed nec verum est quod voluit Ripa in dist. l. 1. num. 16. vers. Quod sanè intelligendum, ff. de prinlezo, credit. relatus, ac receptus à Borgnino Caualezo dist. decis. 36. al. 80. num. 447. 2. part. Vincentio Carocio post alios in tractat. de locato 3 part. titulo de libertate quæst. 1. num. 31. vers. vltimo, Alexand. Trencantig. dist. tit. de iure emphyt. resolut. 5. numero octauo ad fin. vers. Quod secundum eum intelligitur, nempe dominum offerentem pretium meliorationum heredi vltimi emphyteutæ, non esse ad renouationem cogendum, etiam si pro se rem emphyteutam retinere nolit, sed posse eam cuiuscunque alij concedere pro pensione, quam maluerit. Nam cum ex æquitate sæpe considerata, & ad iuris necessitatem redacta, ad renouationem præcisè dominus cogatur, non vtique satisfaciatur soluendo interesse meliorationum, ad quod aliis iure adstrictus est, alio modo quam heres voluerit, qua propter ei petenti renouationem pro anti- qua pensione, meliorationumque valorem in re ipsa habere volenti, dominus omnino an- nuere, moremque gerere debet, argum. Text. in l. item si cum exceptione 14. §. sed & si quis 9. in fin. ff. de eo quod metus causa, iuncta celebri doctrina Bartol. ibi, num. 6. per eum Text. & in l. stipulationes non diuiduntur 7. num. 37. vers. Primo casu quando inducitur, cum quo ceteros transire asserit laion. num. trigesimo primo, ff. de verborum obligatione, quod nimirum qui ex dispo- sitione legis tenetur ad factum, præcisè facere compellitur, neque satisfaciatur soluendo interesse & in similibus casibus notarunt Hyppolitus Ri- minald. cons. 257. à num. 54. lib. 3. Barbosa in dist. l. 2. Cod. de prescription. 30. vel 40. ann. num. 395. & 396.

DISSERTATIO XVII.

De conductore Regiorum vestigialium, aliorumve iurium fiscalium, aut publicorum cui ex secunda licitatione (vulgo de segundo remate) addita sunt, an adiectione quartæ partis (vulgo la paxa del quarto) ab altero facta, ei pro eodem augmento præferendus sit?

SVMARIA.

- 1 Facti species refertur.
2 Ius retrahendi rem semel alteri aduincatam odio sum est, & quartæ?

- 1 Contractus semel perfectus inuito eo, cui ius ex illo quæsitum est, rescindi non potest. ibidem.
2 Disponere, aut facere aliquid de rebus suis nemo iniuri cogitur. ibid.
3 Ius illud non competit nisi in casibus in iure expressis.
4 Quod in locationibus Regiorum vestigialium competat, Regiis legibus expressum non est, illaque nominatim referuntur, & expenduntur.
5 Lex 6. & 7. tit. 9. nouæ compilationis, inca- pitationem iurium Regalium concilii oppido- rum, specialis Principis beneficio ab hoc im- petrato, permittentes expenduntur, & num. 7. ad finem.
6 Precibus finitæ impetratur quod iure communi conceditur, & de intellectu num. 37.
7 Parladorus refertur, negans priori conductori Regiorum vestigialium ius prælationis pro ad- iedione quartæ partis ab altero facta, & pro eo adducitur præxis relata ab Andrea de Bar- rulo.
8 Deciso Hispanensis in casu proposito refertur.
9 Conductus primus prædiorum fiscalium, & publi- corum, sequenti conductori pro pretio aug- mento ab illo facto iure communi præferatur, specialis æquitatis ratione, contra communes re- gulas.
10 Ratio eadem ubi viget, & idem ius statutum videtur. ibid.
11 Affectio nulla in fisco, vel Republica datur, vni magis quam alteri ipsorum bona locan- di, vs in priuatis locatoribus datur, & qua- re?
12 Interesse pecuniarium tantum consideratur in administratione, & locatione honorum Principis, vel Republica. ibid.
13 Hoc cessante, præualet æquitas naturalis, qua dicitur, vt primus conductor sequenti pro pre- tij augmento ab hoc facto præferatur, & qua- re?
14 Ratio hæc non minus locum obtinet in locatione iurium fiscalium, & publicorum, & qua- re?
15 Honorum appellatione, iura, & actiones comi- nentur. ibid.
16 Iura abellarum, & similia Principis, vel Rei- publicæ, cum perpetua sint, ad instar immobi- lium habentur, & super eis, velut talibus cen- sus consignatiui imponi potest.
17 Conductus, etiam ad modicum tempus cuiuslibet loci, aut iuris publici, vel fiscalis, ius quod- dam in re, siue vile eius dominium, vtilem- que in rem actionem consequitur, qua ratio- ne instar directi domini iudicari debet, is- demque prerogatiuis proportionabiliter gan- dera.
18 Dominus directus prælationem habet in fructibus ex fundo à se locato perceptis, vt pro ab altero oblato potius sibi, qua- tur.
19 In emptione meliora- cii in re emphyten- ptori pro pretio ab in- fectum sibi prædicen-
20 Ius habet redimendi seu in casibus iure permisi extraneo emprore.
21 Locatio, & secunda ada

- vel redditum, ex dispositione legum Regiarum censetur facta sub quadam resoluitiva conditione, si alius intra tempus per eas prafinitum quarta partis adiectionem non fecerit.
- 19 Emens sub conditione resoluitiva additionis in diem, eandem quam alius conditionem offerens, ei preferendus est, ad eamque effectum certior reddendus de oblata ab altero conditione.
- 20 Locatio, & conductio, valde similis est venditioni, & emptioni, sedemque iura regulis consistit.
- 21 Venditio sicut fit rei in contractu emptionis, & venditionis, sic & fructuum eius in locatione, in eoque discrimen constituitur, quod in illa pretij solutio fit semel, in hac vero annuatim, & an, & quando vera emptio inducitur? remissive.
- 22 Adiectio vera, siue adjudicatio fit iurium Regiorum, alicui locaterum, dominium pro tempore locationis in eum transferens.
- 23 Adiectio ab adiectione in quo differat?
- 24 L. 10. titul. 23. lib. 9. compilat. expenditur.
- 25 DD. limitantes regulam l. ne cui 32. C. de locato, in locatione pradiorum fiscalium, aut publicorum, idem senserunt de locatione Regiorum vectigalium, aliorumque iurium fiscalium, de quibus etiam nonnulli expresse loquuntur.
- 26 Et si loquantur, de conductore vnius anni, preferendo conductori anni sequentis pro pretio ab hoc oblato, accipiendi sunt exemplificatiue, cum de hoc tantum dubitari contingat, non excludentes alium casum, cum agitur de pralatione intra annum pro adiectione ab altero facta.
- 27 Adiectio in conductione, etiam perfecta verum fiscalium, specialiter intra legitimum tempus permisa est, non etiam in conductione rerum, vel iurium Reipublica.
- 28 Adiectionibus (vulgo puxas) in conductionibus rerum fiscalium faciendis tres menses, vel nonaginta dies Regis legibus prafinita sunt, iuxta distinctionem per eas traditam, an sit facta (vt ipsa loquuntur) pot maior, pot minor, qui termini hic explicantur.
- 29 Reipublica iura, vel redditus, aut res ad eius administrationem pertinentes, si publico locentur, & si vni legitime adiecta fuerint, plerumque adiectionem admittunt ex vi statuti, vel consuetudinis, aut pacti, quod locatio fiat iuxta disposita per leges Regias in locatione Regiorum reddituum.
- 30 Idem si Reipublica beneficiorum restitutionis in integrum inuenit, instar minorum, quibus in eodem casu competit, & an & quando Reipublica cedatur vel fisco.
- 31 Reipublice iure demum magna, & considerabilis utilitas allata videbitur, vt restitutionem impetret, ne alias magnum subire damnum censatur, cum sextam prioris pretij, vel utilitatis partem excesserit, nisi aliud ex circumstantiis iudici videatur, cuius arbitrio huius rei discretio relicta est.
- 32 Conductorem primum sine rerum fiscalium, siue etiam Reipublica, preferendum esse secundo pro adiectione, ab eo legitime facta, frequentius Regnicola docuerunt, quicquid aliqui contrarium velint in conductione rerum, vel iurium Reipublica, quorum sententia conuincitur.

- 33 Contractus semel perfectus, plerumque ex iuris dispositione rescinditur, eius ex illo ius vtrique parti questum sit, in quibus casibus non tam regula fallit, quam declaratur.
- 34 De rebus suis disponere, aut aliquid facere plerumque quis iniuitis cogitur, & quare? & casus aliqui notantur.
- 35 Reuocatus ius a iure pralationis diuersum est, & illud reputatur odiosum, hoc fauorabile, quod proinde facile extensionem accipit, maxime ex rationis identitate.
- 36 Leges Regia velligalia, & similia iura primo conductori ex secunda, ac perfecta licitatione adiecta, secundo quarta partis adiectionem facientis applicantes, non excludunt pralationem primi pro eodem argumento.
- 37 Leges in dubio sic accipiendae, & interpretandae sicut ne veteres corrigantur ibid.
- 38 Lex 6. & 7. titulo nono libro nono nouae compilat. cum incapacitationem concilii oppidorum concedunt, in eorum fauorem reuocatus ius specialiter inuoluerunt, quod a iure pralationis diuersum est, & quodlibet in suo casu seruari potest.
- 39 Parlatorij sententia, & Andrea de Barulo praxi reselluntur.
- 40 Decisio incidens Hispalensis refertur.
- 41 Conducens bona, vel redditus privati, pacto apposto vt conductio facta intelligatur iuxta disposita per leges Regias, tantum si videtur referre ad ea, quae in ipsis expresse disposita sunt.
- 42 Pactum sui natura stricti iuris est, stricteque interpretandum, maxime contra eum, qui legem specialiter dicere potuit.
- 43 Species duo simul concurrere non debent.

AREGVLA l. ne cui 32. Cod. de locato, vltra casum locationis emphyteuticæ, per extinctionem generationum finitæ, de qua hæcenus late differuimus, alium differat. 13. ex num. 28. casum excepimus locationis etiam temporalis pradiorum fiscalium, aut publicorum. Cui valde affinis est sequens casus, qui * iamdiu in Hispalensi Senatu in contouersiam vocatus est me iudice inter Franciscum Yañez, & Franciscum Seuerinum, quorum prior gabelle redditus conduxit ex secunda licitatione, quæ fit post primam licitationem, & adiectionem (vulgo despues del primer remate) atque ita redditus illos ex tali conductione obtinuit, alter verò post modum intra terminum Regis legibus præstitutum auctionem, siue adiectionem fecit quartæ partis, vulgo apud nos dictam la puxa del quarto, quam cum etiam obtulisset Franciscus Yañez, contendens se pro ea preferendum esse Francisco Seuerino, & pro hoc ordinarius index pronunciat, illo penitus excludo, is ab huiusmodi decreto, quo repulsam tulit, Hispalensem prouocauit Senatuum.

Porrò pro Seuerino, & iudicis sententia in eius fauorem lata illud imprimis facit, quod ius retrahendi rem, semel alicui adjudicatam ex locatione, vel venditione, odiosum est, cum aduenerit iuris regulis, quibus traditum est, contractum semel perfectum, inuito eo, cuius ex illo questum est, rescindi non posse, l. ab emptione, 18. & l. fin. ff. de pactis, l. id, quod non sum 21. ff. de reg. iur. l. incuile 12. C. de rei vendicatis.

dicat. l. de contractu 3. l. raris, 7. cum alijs, Cod. de rescind. vend. l. 1. & 2. Cod. ne fiscus, rem quam vendidit, emicat, lib. 10. nec de rebus suis quemquam inuitum disponere, aut facere aliquid cogendum fore, l. inuitum 11. & l. dudum 14. illic: Sed quia grauis hæc videtur iniuria, qua iniuri honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur iniuri, Cod. de contrab. empt. l. iniuri 11. dist. lue cui 32. vers. Sed parere, Cod. de locato, adeoque non potest competere nisi in casibus a iure expressis, ex reg. Text. in l. quod verò contra 14. cum 2. segg. ff. de legibus, l. cum quidam 19. ff. de liber. & posth. reg. odia, & reg. qua a iure communi, libro sexto, profectuntur late Tiraquell. de reuocato consanguinit. in prafat. a numero 60. Didacus Castellus in l. 74. Tauri verbo parte en ella, numero decimo sexto, vers. Item leges, Matiegus, & Azuevedus ad l. 7. titul. 11. libro quinto, nota compilat, ille gloss. 1. numero decimo quarto, hic verò numero 33 Non autem repetitur apud nos expressum, * quod in locationibus Regiorum vectigalium tale ius competat, quinimò id non competere insinuant leges, de adiectionibus huiusmodi iurium disponentes, quæ extant: sub titul. 13. lib. 9. noua compilat. dum ea plus offerenti deserunt, non habita ratione prioris conductoris, seu licitatoris, maxime l. 5. illic: que dende en adelante no las puedam mudar, ni recibir mayor precio, ni puxa, &c. iuncto Text. ibi. Saluo de consentimiento de las partes, o si la puxa fuere tanta, quanto monta la quarta parte de la renta, & no en otra manera, & l. 6. post princip. sub isdem sero verbis, & in vers. Mandò, 7. ordenò, illic: La persona que por virtud de la dicha ley quisiere fazer la tal puxa de la quarta parte para sacar la renta a aquel en quien primeramente fuere rematada, & l. 9. illic: Aquel, en quien fincare, 7. quedare la renta por razon de la puxa del quarto, l. 13. illic: El arrendador primero, en quien estaua la renta, scatenido de entregar al puxador en quien quedare, & c. & l. 14. illic: Qualquier puxador en quien quedare la renta, & l. 16. illic: Que el posterior arrendador menor que hizo la dicha puxa del quarto, en quien queda la dicha renta, esle por las auenencias que ouiere fecho el primer arrendador. Ex quibus quidem legibus satis aperte constat, iura ac vectigalia Regia plus licitanti oblata, manere tandem penes eum, qui auctionem, siue adiectionem quartæ partis fecit; non ergo ab illo per priorem conductorem eandem offerentem auocari poterunt.

Præterea huic parti non parum adstipulantur l. 6. & 7. titul. 9. lib. 9. noua compilat. vbi conciliis oppidorum specialiter concessum est, vt post factam alijs iurium Regalium adiectiones, possint eorum incapacitationem (vulgo encabezamiento) pro eodem, vel minore pretio a Principe impetrare, ergo ius commune in contrarium extat, ne possit quis quolibet prætextu adiectionem huiusmodi iurium semel alteri factam rescindi, sibi que pro eodem pretio denudò fieri petere. Tum ex reg. Text. in dist. l. quod verò 14. cum 2. segg. ff. de legibus l. 1. in fin. ff. de consuet. Princip. & in §. sed & quod Principi (inde sumpto) inst. de iure natur. Tum etiam ex simili alia regula, * qua traditum est frustra precibus impetrari, quod iure communi conceditur, l. Imperatores 15. in si. illic: Et frustra a Principe desiderare rescindi venditionem, ff. de privileg. credit. l. 1. §. 1. vers. Quod beneficium, ff. ad municipalem, l. om. vers. Vt superfluum, Cod. de the-

saure lib. 10. quam regulam ad varia expendunt Phillip. Dec. consil. 51. in fin. Ioannes Grot. consil. 136. numero 12. & 25. Ioannes de Neuzan, consil. 38. numero 16. & consil. 41. numero 19. Ioannes Petrus Sured. consil. 215. num. 23. & consil. 298. num. 26. librorertio, & decis. 173. num. 18. Stephanus Gratianus, alia iura inductus, disceprat. forensium, 4. cap. 617. numero 23. Elcou, de ratiocin. cap. 6. numero 30. Et confirmatur difficultas ex ratione, quæ in dist. l. 6. compilat. traditur ad restringendum priuilegium illud concilii oppidorum concessum, ne per omnia noxiæ sit conductoribus, quibus redditus Regij perfectè adiecti fuerant, illic: Pero porque eslo no sea ocasto, de que algunos se retrayan de arrendar, es nuestra merced, &c. quæ ratio aliàs quoque consideratur in l. quæst minor. 24. alias 25. §. 1. illic: Ne magno incommodo huius atatis homines, afficiantur, nemine cum his contrahente, & quodammodò comercio eis interdicitur, ff. de minor.

Denique hanc sententiam ex ipsèmet fetè fundamentis, tamen non sic exaratis, docuit Parlat. se ita ex facto consultum quandoque respondisse afferens in sequenti. quoid. differant. differ. 109. §. 1. numero 10. & 11. Pro quo adferri potest praxis relata ab Andrea de Barulo in dist. l. congruit. 4. Cod. de locat. præd. cin. lib. 11. vbi postquam regulam ex ea l. firmavit, hæc subiungit verba. Sed hoc non obseruatur in Regno in gabelle, qua auferuntur primis gabellarijs, nisi plus offerant.

Verum his nihil refragantibus, ordinarij iudicis decretum Senatui reuocauit me iudice 27. die Maij anni 1621. concessio alicui iure pralationis in conductione illa Regiorum reddituum pro eadem quarta pretij parte, quæ ab altero conductore adiecta est, quantumque postea in gradu supplicationis negotium illud ad instantiam alterius partis, quæ antè nihil tale obiecerat, remissum fuerit ad Regios consiliarios rei familiaris, vulgo dictos del Consejo de hacienda, eò quod Hispalensis Senatus de his causis sit inhibitus. Motus autem fuit ex sequentibus. imprimis quia * in conductione pradiorum fiscalium, & publicorum id ita contra communes regulas, ex peculiari æquitatis ratione, quæ in illis militat, apertissimè statutum est in dist. l. congruit. 4. & l. fin. Cod. de locat. præd. cin. lib. 11. per quas sic communiter Doctores concludunt, vt apparet ex multis, quos in eam rem retulimus differat. 13. numero 31. Porrò peculiaris illa æquitatis ratio, qua eorum legum decisio nititur, æque militat in conductione quorumcumque iurium fisci, vel Reipublicæ, ergo idem ius in eis statutum videtur; ex reg. l. illud 22. ff. ad l. Aquil. eum similibus à me congestis, latèque exornatis differat. 7. ex numero decimo nono. Minor probatur, quia ratio illa in eo præsertim consistit, quod * in fisco, vel Reipublica, vt pote in corporibus quibusdam inanimatis, & per alios res suas administrantibus, nulla detur affectio vni magis, quam alteri locandi, quem admodum datur in priuatis, qui plerumque viliori quoque pretio vni magis quam alteri locare volunt, sed in illis, aliter quam in his, tantum consideratur interesse pecuniarium, eis ex huiusmodi administratione, & locatione obueniens, l. 2. §. sed si filius, illic: Reipublica autem nihil, quod ad rem pecuniariam attinet.

attinet, ad interest, ff. municip. qua ratione nihil eorum interest, praelationis ius priori conductori dari pro pretij augmento ab altero conductore oblato, quod & conductor primus offert, cum idem à quolibet fideus, vel Repub. consequatur, atque ita cessante * hoc interesse, praeualerit equitas illa naturalis, quae dicitur, vt qui ad conductionem primus accessit, eoque titulo rem possedit, posteriori pro facta ab eo pretij adiectione praefertendus sit, argument. Text. in l. 2. §. item Varus, vers. Quamquam ff. de aqua, & aqua plu. arcenda, quam rationem late prosequuntur sum. d. dissert. 13. à numero 34.

12 Ea vero ratio * quin eodem modo locum obtineat in locatione iurium fiscalium, vel publicorum ac in praediorum eiusdem generis locatione dubitari non potest, nec enim villa in eo vis est, quod quae à fisco vel Republica locantur, immobilia sint, sed quod eorum sint bona, quo nomine & iura, & actiones continentur, l. Princeps bona 21. & l. honorum 49. ff. de verb. signif. Quinimo * iura gabellarum, & similia Principis, vel Reipublicae, cum perpetua sint, ad instar immobilium habentur, argum. Text. in l. iubemus nulli 15. iuncta gloss. verb. annonae ciuiles, & l. primilia 16. §. 1. illic, immobile, quid aut ciuiles panes ne alienantur, Cod. de sacrosanct. Eccles. l. fin. in princip. illic, domus aut annonae ciuiles, & rursus illic: Domus, vel ciuiles annonae, C. de vendend. reb. ciuit. libro undecimo, Auth. de alienandis, in princip. vers. Vult enim illa, iuncta gloss. verbo ciuiles annonae, collat. 2. clem. 1. §. cumque annui redditus, de verbor. signif. adeoque super eis velut talibus census constitui potest, vt post alios resoluunt P. Lud. Molin. de inst. & iur. tom. 2. tract. 2. disput. 389. numero 8. Felician. de consib. tom. 1. libro secundo cap. 3. numero 36. Ludou. Auendañ. & Lud. Gencius eod. tract. ille cap. 52. à numero primo, hic vero parte prima capite 3. quod. 1. art. 1. num. 14. iunctis per ipsum trad. art. 5. numero 11. & 12. P. Ioann. Bapt. Scottia in select. summi Pontif. consil. theorem 258. post princip. vers. Item iura. Procedit ergo consequens, vt idem etiam ius in huiusmodi iurium conductione statutum videatur, omninoque obseruandum sit.

14 Deinde huc accedit ratio altera, quam in praecedentis comprobationem adduximus d. dissertat. 13. à numero 43; quod conductor etiam ad tempus modicum cuiuslibet loci, aut iuris publici, vel fiscalis, ius quoddam in re siue vtile eius dominium, vtilemque in rem actionem, consequitur, l. in princip. ff. de loco publ. fruendo, iuncta gloss. verbo conducti, vers. Vel dic, recepta à Bart. ibi, in fin. & in l. 1. §. quod autem, in 1. numero quarto, vers. Si vero conduxit à publico, ff. de superficiesibus, & communi à me relata dicit. numero 43. & ibi relatis addo Menochium de praesumpt. libro tertio, praesumpt. 104. numero decimo nono, quare ratione huius vtilis dominij, ad instar directi domini iudicari debet, iisdemque praerogatiuis, quibus ille, proportionabiliter gaudere, argument. Text. in l. si filiusfamil. 14. iuncta gloss. verbo quoniam totiens, vers. Et nota, ff. de reb. cred. l. sufficit 56. vers. Vt enim pactum, iuncta gloss. verbo ita profusus, ff. de condit. indeb. cum similibus, relatis à Nicol. Enerat. in locis legal. loco 17. à proportionem, num. 1.

15 Porro * directus iurium imprimis praerelationem habet in fructibus, ex fundo à se locato

perceptis, vt pro pretio ab altero oblato potius sibi, quam illi vendantur, vt ex l. 1. in fin. Cod. de metallariis libro 11. praeter ceteris notatur Bart. Angel. Ioannes de Platæ, & Lucas de Peña ibi, Laurent. Calcanus consil. 8. numero 35. Ludouicus Roman. in l. 2. numero 7. ff. de solu. mautim. Ial. in l. ult. numero 11. C. de iure emphy. Anton. Buigen. in cap. 1. num. 18. de empt. & vend. Mathæus Afflictus ad consilium Neapolit. in proem. quod. 3. ad finem, Tiraquell. de retractu consang. §. 1. gloss. 18. numero 2. vers. Facit, & Text. Rursus * in emptione meliorationum, quas emphyteuta fecit in re emphyteutica, praefertur extraneo emptori pro pretio ab illo oblato, quod proinde sibi ad hunc effectum praedicendum est, l. fin. vers. Esti quidem, C. de iure emphy. cap. fin. in princip. ext. de locato l. 69. vers. Saluo tunc, tit. 18. part. 3. leg. final. vers. Pero ante, & vers. E si el señor, tit. 8. part. 5. not. & explicat post alios Tiraquell. ubi proxime, num. 5. Praeterea ius habet * redimendi feudum, à vasallo alienatum in casibus iure permissis, pro eodem ipso pretio, quod ab extraneo emptore oblato fuerit, cap. 1. §. donare, vers. Porro, tit. 9. qualiter olim poterat feud. alien. libro 1. feud. cuius etiam meminuit Tiraquell. dicit. num. 5. in fin. Denique & alia similia iura habet, quae colligere licet ex l. in fundo 38. vers. Constitutum, illic: Si paratus est dominus tantum dare, quantum habuitus est possessor, ff. de rei vend. & alis relatis à Tiraquell. dicit. gl. 18. num. 6. ergo proportionabiliter primus conductor iurium fiscalium, vel publicorum (quae, vt diximus, bonis immobilibus comparantur) vt potest vtilis eorum dominus effectus, ius praerelationis, seu retentionis eorum habebit pro adiectione quartae partis, ex vi Regiarum legum à nouo conductore facta.

Tertio illud non parum huic parti respectu Regionum iurium, vel reddituum, de quibus loquimur, suffragatur, quod eorum locatio, & postrema additio ex dispositione legum Regiarum, quarum supra numero quarte, minimis, censetur facta sub conditione quadam resolutiua, si alius intra tempus Regis legitime praestitutum meliorem non obtulerit conditionem, vsquo ad quartae partis augmentum, siue adiectionem. At vbi fit venditio * sub conditione resolutiua additionis in diem, si alius meliorem obtulerit conditionem, primus emptor eandem quam nouus offerens, et praefertendus est, ad eumque effectum certior faciendus de meliore allata conditione, l. necesse 8. alius 11. ff. de in diem addit. illic: Necesse autem habebit venditor, meliorem conditione allata, priorem emptorem facere, vt si quid alius adiecit, ipse quoque adiectione possit, quod & apud nos cautum est in l. 40. vers. E dezimos, quae si la vendita, tit. 5. part. 5. ergo & conductor iurium fiscalium, qui nouo conductori, adiectionem illam quartae partis facienti, ea relinquere tenetur, si eandem ipse obtulerit, et eum eadem ratione praefertendus, Consequenter imprimis probatur, quia * locatio & conductione vtilis, ac proxima est venditioni, & emptioni, iisdemque iuris regulis consistit, l. 1. & 2. ff. locati, princip. in l. de locat. & conductione, cum adductis à D. Anton. à Menes. ex num. 13. & Pinell. l. p. cap. 3. num. 17. in l. 2. Cod. de resolut. vendit. D. Francisc. Alfaro de off. fiscalis gloss. 34. numero 2. & 7. Idque vel ex eo constat, quod * sicut in venditione res ipsa distrahitur, sic & in locatione fructus eius venduntur, l. qui

fructum, vers. Sed si is, qui à me emerat, siue mercede conduxerat, iuncta gl. verbo conduxerat & communi, ff. de donat. in eoque discrimen constituitur, quod in illa semel, in hac vero annuatim pretium soluitur, vt not. Bart. quod. 4. quae incipit Publicanus, num. 6. & 10. vers. Aliquando dubitatur, & in locum seruo 11. §. qui maximos, numero 3. per Text. ibi, in verbo ex redemptione veltigalium, & similia iura, quae ad hoc expendit, ff. de publican. & veltigal. & in l. 1. §. 1. num. 3. post gl. ibi, verbo agendo, vers. Sed qualiter, quam sic explicat, ff. de superficiesibus, & nominatim in conductione gabellarum, quasi de vera emptione loquitur post alios Philipp. Dec. consil. 4. numero primo, & secundo, & saltem cum contrahentes vti sunt verbo emptionis, & venditionis, etiam si in singulos annos pretium constituitur, locationem ita factam, pro vera venditione habendam esse, cum Ludou. Roman. aliis defendit Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 104. à numero 25. aduersus communem à se relatum numero 6. cuius fundamentis optime satisficit à numero 7. quicquid communem defendat Azeued. secutus per omnia Ripæ à se relati veltigia, ad l. 1. ex num. 2. tit. 1. lib. 9. compilat. Deinde probatur, * quia huiusmodi iurium locatorum vera sit adiectio siue adiectione conductori, cui consequens est, vt in eum, ac in verum emptorem dominium transferatur, l. si mandauero 22. §. Iulianus, vers. Et sane si ille propter hoc extaneo rem non addiderit, ff. mand. l. à Diu. Pio XV. §. si post additum, ff. de re iud. l. fin. ff. de iure fisci, rubr. & l. vni. C. ne pro dote mulieris, bona quondam mariti addicatur, l. pro debito 6. Cod. de bon. auctoris. iud. possidend. 100. tit. iust. de eo, cui liber. cau. bona addicuntur, iuncta l. vltim. in fin. illic: Tunc autoritate Principis dominium creditorum additio solet, Cod. fin. causam indicatam pignus capti. sit. & §. fin. inst. de off. iud. quod & colligitur ex Cic. in Verrem, act. 3. his verbis. Domus erat plena, noua iura, noua decreta, noua iudicia praebantur, mihi det possessionem, mihi ne adimat, in me iudicium ne det, mihi bona addicatur, & ex Plautio in Poenulo act. 1.

Vti in ius venerit, Adiecit Prator familiam totam sibi.

Et ex Vlp. in fragm. tit. 19. de dominij, & acquisit. ver. vers. In iure cesso, his verbis. In iure cesso quoque communis alienatio est, & mancipij rerum, & nec mancipij, quae si per tres personas, in iure cedentes, vindicantes, addicentes, in iure credit dominij, vindicatis, cui cedunt, addicet Prator. In eoque * differt adiectio ab adiectione, quae (vt in limine dissertationis diximus) nil aliud est, quam pretij augmentum, ab alio factum, & Hispanae dicimus puxa, idque satis constat ex l. licet autem 7. al. 9. cum l. seque ff. de in diem addit. & ex alij legibus, bonorumque auctorum testimonij contra nonnullos comprobant Francisc. Conan. comment. iur. ciuil. libro septimo, cap. 9. numero quinto, & septimo, Ant. Aug. libro secundo, emendat. cap. 1. Ioannes Costaluis ad rubr. ff. de in diem addit. Ioan. Horoficius ad l. si ab emptione 38. num. 33. & 34. ff. de pact. Caldas Percir. ad l. si curatore habens, verbo sua facilitate, numero 51. & 52. Cod. de in integ. res. Parlador. libro secundo, ver. quod. cap. fin. part. 5. in princip. & §. 1. Garcias Tolotanus in lucerna rubricarum, ad tit. Cod. de fide, & iure basta fiscal. lib. 10. numero 7. & 8.

Confirmare non male posse videtur huiusmodi argument. ex l. 10. tit. 13. lib. 9. nona compilat. vbi & in conductione iurium, ac reddituum Regionum expressè cautum est, adiectionem quartae partis ab aliquo factam, notificandam esse conductori, cui talia iura addicta fuerant, his verbis. Es nuestra merced, que aquel que hire puxa del quarto en qualquier de nuestras ventras, y le fuere recebida, que sea renuda, y obligado de notificar la puxa al arrendador por metro, sobre quien la hizo, dentro de veynete dias, contados desde el dia que la hiziere. Ceterum lex illa (si rectè inspicitur) longè aliud respexit, vt ad vltimum argum. aptius obseruabimus.

Tandem fere omnes Doctores limitantes reg. 13. l. ne cui, Cod. de locat. in locatione praediorum fiscalium, aut publicorum, à nobis allati dissertat. 13. numero 52. idem planè senserunt de locatione Regionum veltigalium, aliorumque iurium fiscalium. Tum quia nonnulli, maxime Alexand. Peregr. & Gratia. ibid. commemorari generaliter loquuntur de locatione rerum fiscalium, quo nomine quaecumque fisci iura comprehendi constat ex l. de appellacione 23. ff. de verb. signif. cum aliis, in 1. huius partis fundam. adductis. Tum etiam quia fere omnes vtuntur ratione Text. in dicit. locum seruo 11. §. qui maximos, ff. de publican. & veltig. quae de veltigalium redemptione loquitur, quam rationem etiam nos late improbauerimus dicit. dissertat. 13. ex numero 38. illa tamen satis mentem tuam Doctores explicuere, argument. Text. in l. fin. ff. de reb. cor. Denique in conductione gabellarum, & veltigalium expressè loquuntur praerelationis ius primo conductori concedentes, & Luas de Pena in l. fin. in fin. illic: Et not. quod si gabellator gabella publica paratus est tantum dare pro futuro anno, quantum alius licitator, praefertendus est rationabiliter cuiuscumque, Cod. de locat. praed. ciuil. lib. 11. Alber. in l. 2. post princip. vers. Quarto quaestio nem, iunctis similibus verb. Cod. si ibi causam iud. pign. capt. sit. Matth. Afflictus in capite primo, verbo veltigalia, numero 116. tit. 1. qua sunt Regalia, in vltimis feud. & de iure praerelationis, in rubr. numero secundo, & ex nostratibus Gironda de gabell. secundo, part. in princip. numero septimo, vers. Sed nihilominus. Nec dicatur, * Doctores hos dumtaxat loqui finito primo locationis anno, quasi si fecus sit in nostro casu, cum, scilicet, anno durante ab alio conductore sit adiectione, siue augmentum pretio per primum oblato. Neque enim illi taxatiue loquuntur, sed simpliciter, atque ita accipiendi sunt suppositis terminis habilibus, vt iuxta euentum casum exemplum proposuerint, quod nimirum dumtaxat ageretur de praefertendo conductore vnus anni in conductione sequentis pro pretio ab altero oblato, non tamen excluderent nostrum casum, in quo eandem militare rationem inferius ad vlt. fundam. solutionem ostendam, cum veltig. primo anno durante alius legitimo tempore adiectionem fecerit, quae * in conductione etiam perfecta rerum vel iurium fiscalium iure quoque communi specialiter permittitur, aliter atque in conductione rerum, vel iurium Reipublicae, l. Lucius 21. §. fin. ff. ad moni k. palem 1. si tempora 4. Cod. de fide instrum. & iure basta fiscal. lib. 10. l. 1. & 2. Cod. de vendend. reb. ciuit. lib. 11. vbi glossae, & Doctores non satis conueniunt, quod seu quantum fuerit tempus illud, faciendis adiectionibus in conductione

ne rerum fiscalium præstitutum. Apud nos vero
 18 * id aperte definitum extat, diuersimode quidem: nam iure Regio Partitarum intra triennium, quo durare conductio poterat, tertia partis adiectio admittebatur, l. 7. ad finem, titulo 7. part. 5. Iure vero nouissimo minor admittitur adiectio, & intra tempus longe breuius, nempe post priorem adiectionem intra quindecim dies adiectio decimæ vel dimidiæ decimæ; vulgo *puxa* de diezmo entero, o medio diezmo, l. 2. 3. & 4. tit. 13. libro nono noua compilat. post secundam vero intra tres menses, vel nonaginta dies quartæ partis adiectio, l. 6. 8. & 15. eod. tit. & lib. distinctione scilicet habita an conductio Regiorum vestigialium, ac redituum facta fuerit apud supremos rationales Regij consilij rei familiaris (vulgo *contadores mayores del Consejo Real de hacienda*) quæ dicitur *por mayor*, vel apud oppidorum concilia, quæ *por menor* vocatur quemadmodum declaratur in l. 1. tit. 11. d. libro nono compilat. vt primo casu intra tres menses in secundo vero intra nonaginta dies à die secundæ, & perfectæ adiectionis talis adiectio admittatur, de qua terminorum distinctione ad sequentem dissertat. dicam apertius, tamen eam confundant (differentiam tantum inter ius commune, & Regium quoad hoc notantes, quod illo attento, de tempore, ad adiectionem faciendam præstituto non constet, hoc vero certum sit definitum, quod vniuersimode esse putant) Aucadañ. de exeg. mand. 2. p. cap. 12. numer. 10. & 11. Ignat. Lafarte de decima vendit. 1. p. cap. 8. numer. 21. & 22. & 2. p. in additamentis ad idem c. numer. 21. ac breuiter Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. 5. p. 8. 13. numero 15. Villadiego in polit. cap. 5. §. 30. numero 5. D. Francisc. Alfaro de offic. fiscal. gl. 34. §. 1. numero 39. & §. 2. numero 34. & in terminis conductionis Regiorum redituum, secundo modo factæ nempe *por menor*, nos versamur. Similisque casus erit, si iura, vel reditus Reipublicæ, aut res, ad eius administrationem pertinentes, vt amona macelli, aliorumque victualium (vulgo *provision de los abastos y mantenimientos*) publice locentur, nam etiam in huiusmodi locatione post adiectionem semel legitime factam adiectio vel vtilior pacto regulariter non admittatur, vt superius probauimus, at potest illa admitti stante conuentione, vel lege municipali, d. l. Lucius 21. §. fin. ff. ad municip. aut intercedente pacto, quod locatio fiat iuxta disposita per leges Regias in locatione Regiorum redituum (vulgo *conforme a las leyes del quaderno de alcavalas*) arg. l. non impossibile 50. iuncta glos. vltim. in fin. & communi, ff. de pact. & vtrumque in terminis tradunt, & explicant Aucadañ. d. cap. 12. numero 11. per totum; Franciscus Auilef. cap. 32. Prætor. verbo de puxat, numero 8. 9. & 10. Parlador. d. cap. fin. §. 13. numero 16. & 6. p. 6. vni numero decimo tertio, vers. Huc etiam pertinet, Ignatius Lafarte de decima vendit. cap. 18. numero 23. & in addit. ad idem c. & num. Gironda de gabell. 2. p. §. 1. numero 8. & 9. Bouad. in polit. lib. 2. cap. 16. numero 135. D. Valenc. conf. 75. a numero 6. aut * si ob magnam, & considerabilem pretij Reipub. soluendi adiectionem, vulgo *puxa*, vel etiam taxæ annonariæ diminutionem, incolis ipsi vtilem, vulgo *baxa*, restitutionis in integrum beneficio iuaretur, instar minorum, quibus id in simili casu competere constat ex l. & si sine 8. (quæ alias est sub l. vit Prætor. 7.) §. quæstrum ff. de

minor. l. 5. vers. E. aut decimos, illic: Si contendi, que es gran pro del mozo, tit. 19. part. 6. quare & Reipublicæ competet, quæ illorum iure, & privilegio gaudet, l. illud sciendum 9. (per argum. ab speciali) ff. de appell. l. Reipublica 4. Cod. quibus ex causis maior. l. Reipublicam 3. Cod. de iure Reipubl. lib. 10. cum aliis relatis à Nicol. Euerard. in locis legal. loco 67. & 68. quibus apud nos consonat lex fin. dist. tit. 19. part. 6. & in terminis notarunt Greg. Lop. in dist. 15. gl. in princip. vers. Es quotidia, Francisc. Auilef. cap. 32. Prætorum, verbo de puxat, num. 11. iunctis numero 12. & 13. vbi bene explicat, & in effectu Aucadañ. & Gutier. quicquid prius contrarium absolute docere videantur ille d. c. 12. m. 11. hic verò libro primo præct. quæst. 38. numero 4. & de gabellis quæst. 140. numero 10. ad fin. vers. Tamen quando Parlador. d. lib. 2. rer. quotid. c. fin. 5. p. §. 13. numero 18. 19. & 20. Azueved. ad l. 2. numer. 13. ad fin. vers. Ego tamen, ac numer. 14. tit. 1. lib. 2. compilat. & post alios Bouad. in polit. libro tertio, cap. 4. num. 20. vers. Esto tiene, Alphonsus Villadiego in polit. cap. 5. §. 17. num. 156. vers. Elpeciamente, & §. 30. num. 4. D. Valencuela d. conf. 75. numero 10. Qui fere omnes idem in fisco resoluunt, si lapsa sint tempora faciendis adiectionibus præstituta, quod tamen non admittit Neapolit. consilium apud Matth. Assi. decis. 340. ex numero secundo non satis perceptum à Parlador. d. §. 13. numero 14. ad fin. Videtur autem magna & considerabilis vtilitas allata, vt Reipublica restitutionem impetret, ne alias magnum subire damnnum censeatur, si adiectio facta sextam prioris pretij partem excedat iuxta tradita à Bart. in l. societatem 77. §. arctiuorum, numero 25. vers. In contrarium, ff. pro socio, Alex. cons. 131. numero 15. libro secundo, & in terminis notat Cæsar Vrsil. ad Assi. d. decis. 340. num. vlt. nisi scilicet aliud ex circumstantiis iudici videatur cuius arbitrio id examinare, ac dispicere commissum est vt obseruat Alexand. d. numero 15. optime D. Couarr. libro 1. var. capite 5. numero undecimo, vers. Ego sane, Azueved. d. numero 14. ad fin. & Gutier. d. quæst. 38. numero quarto, vers. Quod autem dicatur, & d. quæst. 140. numero 13.

In vtroque autem casu, scilicet factæ adiectionis vel in conductione rei fiscalis intra terminum Regis legibus definitum, vel in conductione rei seu iuris, ad Reipublicam pertinentis, intra terminum, statuto, aut consuetudine admissum, aut extraordinarie ex vi restitutionis in integrum, primum conductorem, cui res legitime, ac perfectè adiecta est secundo adiectionem quomodocumque permissam facienti, pro eadem à se oblata præferendum esse docuerunt Gregor. Lopes in d. l. tit. 19. part. 6. glos. 3. in princip. (vbi subhabitationem rerum publicarum, & fiscalium coniungit) iuncto vers. Et subdit (vbi opinionem Alberici sup. numero 25. relati, ad hanc speciem applicatam refert & sequitur) Ignatius à Lafarte de decima vendit. 2. p. in addit. ad cap. 18. numero 31. Azueved. in d. l. 1. compilat. numero 13. Gutier. d. quæstion. 38. num. 6. & de gabellis d. quæst. 140. numero undecimo Cenallus præct. quæst. tom. 3. quæst. 756. à numero 63. D. Valencuela d. conf. 75. numero 17. & saltem in conductione rerum, ac iurium fiscalium, de qua loquimur (quicquid in conductione rerum publicarum contra sentiant) velut indubitatim admittunt Bouadus &

& Villadiego in polit. ille dist. cap. 4. num. 21. vers. To sey de contrario parecer en el caso propuesto de habecimientos, iuncto vers. T la doctrina de Alberico procede por caso especial en las cosas fiscales; hic verò dist. capite quinto, §. 17. num. 157. ad fin. & num. 158. illic: T assi na pueden dar por el tanto el abasto a la persona, en quien estana rematado, aunque hixesse la misma baxa, lo qual procede al contrario en el arrendador de rentas reales, el qual puede pedir se le den por el tanto en caso que ofrezca lo mismo, que otra huuere puxado. Quorum sententiam dum, aliud iuris constituunt in conductione rerum, vel iurium Reipublicæ rectè taxant Gutierrez dist. quæstion. 140. numero undecimo vers. Tamen si fragili ratione, & Cenallus dist. quæst. 756. numero 7. nam admissa quomodocumque adiectione post adiectionem factam in locatione huiusmodi rerum, vel iurium, eadem est ratio in Republica, quæ in fisco, vt primum conductorem pro augmento à posteriore facto admittere debeat, iuxta regul. Text. in dist. l. congruit 4. & in dist. l. fin. Cod. de locat. præct. civil. libro undecimo, & quæ nos pro eorum ratione, & interpretatione diximus, lateque probauimus dist. dissertat. decimo tertio, à numero 33. & paulò ante breuiter perstrinximus. In conductione autem Regiorum redituum sic nouissime aduersus Parladorium resoluuit Volaus in commercio terrestri libro primo, capite decimo quinto, numero quadragésimo tertio & 44.

33 Quibus ita præmissis, nullum iam quæ in limine obieciuntur nobis negotium faciunt Non primum, cuius maiorem propositionem fatemur, at regulæ, quibus illa nititur, casui nostro non adaptantur. Nam quod ad primam attinet, constat vtrique contractus semel perfectos, & ex quibus plenum vtrique parti ius quaesitum est, plerumque ex iuris dispositione ob aliquam iustam causam, puta dolam vim, metum, aut lesionem in re, vel pretio rescindi, quemadmodum apparet ex l. 1. cum sequentibus, ff. quod met. caus. & Cod. de his, quæ vbi, mensuræ causa sunt, ff. & C. de dolos. de adit. edito, & Cod. de adit. in. alt. & C. de rescindend. vendit. l. 56. 57. 59. & sequentibus titulo quinto part. 5. aut si pacto contrahentium ipsi contractui adiecto, alteri ex his eum certo casu rescindendi facultas detur, vt in terminis l. 1. & totius tituli, ff. de lege commissor. & de in diem addit. & de seruis exportand. & Cod. de pact. inter emptorem, & venditor. l. 7. 8. 40. 42. & 58. titulo quinto part. quinta, in quibus, & similibus casibus regulam fallet docuit Accursius gloss. magn. vers. In contractibus, in l. si pecuniam quint. ff. de condit. can. data 5. & gloss. vltim. vers. Item fallit, in l. sicut ab initio 5. Cod. de obligat. & alt. & glossa 1. in l. de contractibus 3. Cod. de rescindend. vendit. quamquam verius sit, regulam tunc proprie non fallere, vt notatur Bartol. numero nono & undecimo Alexand. numero nono in fin. & lason. numero undecimo similiter ad fin. ac num. segg. in dist. l. si pecuniam idem Bartol. in 1. & 2. lectura, & Salycet. 2. opposit. in dist. l. sicut; sed declarari potius, vt ita denum procedat, ac locum habeat si contractus semel rectè, ac legitime initus sit, itaut nihil sit, quod eum rescissioni faciat obnoxium, vel inmediate ex ipsa legis dispositione, vel media faltem partium conuentione, qua stante non vnus tantum contrahens, sed

ambo contractus vineulum dissolunt, argument. Tex. in l. in diem 9. illic: Vt sine remanentis pones emptorem, siue recesserit, certum si volumat dominus fallari aqua cessionem, ff. de aqua, & agri. pluui. arrenda 1. id quod ipsis contrahentibus minime prohibetur, l. ab emptione 58. illic: Quin integris omnibus, consensu eorum, qui inter se obligati sunt, recedi possit, dubium non est, ff. de pact. l. nihil tam naturale 35. al. 36. ff. de regul. iur. dist. l. sicut ab initio, illic: Aduersario non consentiente, Cod. de obligat. & alt. cum mille similibus, & præstatam resolutionem, ac rescissionis causas ultra Doctores in relatis locis, professantur optime Rebus. 2. tom. ad leges Gallic. titul. de resciss. contract. in præf. ex numero quarto Anton. Gomez variat. resolut. tom. 2. capite secundo ex num. 21. ad 33. Dom. Feddin. Menchaca contrones. illust. lib. 1. cap. 29. numero octauo vers. Nos autem respondemus, Petrus Nicolaus Mocius de contract. titul. de empt. & vendit. toto cap. quibus casibus annullatur emptio, & vendit. Parlador. libro primo rerum quotid. capite tertio §. 4. & 5. Petrus August. Morla in tempor. iur. titulo nono de comrahend. empt. in præct. num. 31. Pater Ludovic. Molina de iust. & iure tomo secundo tract. 2. disputat. 374. cum §. segg. Stephani Gratian. disceptationum sarrasini lib. 3. cap. 52. num. 18. & 19. Marefcot. variat. resolut. lib. 1. cap. 90. num. 1. & 2. Donell. lib. 16. comment. cap. 17. 18. & 19. vbi in vers. vltimo idem esse resoluuit, si pactum, ex quo rescindendi facultas competit, non sit expressum, sed tacitum ex aliquo facto inductum, quod idem valet, ex regul. l. 1. & 4. de pactis. id quod ipse Donel. duobus segg. capite eleganter proposuit exemplis illustrat, Quibus ex iure nostro Regio addi potest casus locationis, & adiectionis R. giorum redituum, cui (vt num. 18. diximus) tacta adest resolutiua conditio, si intra præstituta tempora quarta demum partis adiectio ab alio conductore fiat, nec excluditur vice versa (vt à num. segg. ostendimus) alia conditio, quæ inest etiam iure communi, vt primus tandem offerens, secundo sit preferendus.

Quod verò pertinet ad alteram regulam, qua maiorem argumenti propositionem munimus, illa quoque verissima est, & procedit regulariter, nec enim aliàs (vt & in argument. dicebamus) de re sua quisquam inuitus aliquid facere aut disponere cogitur, vel simpliciter, vel in fauorem certæ personæ vel loci, quam in casibus à iure expressis, quos late profertur glossa & Doctores in dist. l. inuitum 11. & in dist. l. dudum 14. Cod. de contrah. empt. & in l. nec emere 16. Cod. de ime delibendis, Societas regula Alphabeticæ 423. al. 519. Benedictus Capra regul. seu conclusio octogésima septima, ex numero quarto. Paulianus de Monte de empt. & venditione, quæst. tertiam princip. à numero vigesimo octauo ad quadragésimum sextum inclusiue. Antonius Gomez & Dominus Præf. Couarruias variarum resolutiunum, ille tomo secundo, capite decimo, numero octimo, hic verò libro tertio, capite decimo quarto per totum, (vbi numero sexto, vers. Secundo etiam, casum illum, quem ex Bar. & aliis in l. 1. C. de metallaria libro 11. supra n. 1. retulimus, licet primo impugnat tentasset, tandem sub declaratione à nobis tradita admittit) Greg. Lop. in l. 31. glossa prima, titulo quinto, part. quinta, Mining. singul. obseruat. centur. tertiam, obseruat. 51. & eem. 51. obseruat. vigesima septima per totas, Franciscus Auilef. cap. decimo septimo, Prætor. verbo a razonables

precios, à numero septimo, & cap. decimo octavo, glossa ultima per totam, Girond. de gabell. prima part. in princip. à numero duodecimo in fine, ad numer. decimum seximum inclusiue, Cevallus practiar. quaest. 906. sen finali, ex numero 341. Fontanella de pact. imperialib. claus. p. 12. à numero vigesimo sexto, nouissime, Hermosilla plures alios congerens in notis ad Gregorium Lop. di. gloss. 1. numero primo, octavo & seqq. inter quos casus libet sequentes recensere, qui ad materiam nostram proprius pertinent, puta si quis partem rei, quam cum alio communem habet, vendere velit, nam consorti potius quam extraneam pro eodem pretio tenetur vendere, vt aperte apud nos cautum est in l. 55. vers. Pero si alguno, titulo quinto, part. quinta, id quod iure communi non ita expressum erat, licet ex aequitate communiter Doctores admitterent, vt videre licet ex Bald. in l. ad officium 3. numero quarto, vers. Sed si consors, Cod. commun. diuid. & in l. 2. numero tertio, Cod. de commun. rerum alienat. Felin. in cap. qua in Ecclesiarum 7. numero quinquagesimo primo, declaratione 6. vers. Est tamen æquum, extra de consuet. Guido Papæ singul. 780. numero primo, Hippolyt. Marsilio singul. 441. numero secundo, Gregorius Lopez in di. l. 5. part. gloss. 8. in princip. & ad eum Hermosilla, alios cumulante numero primo, secundo & tertio. Sed & potest apud nos foci concessum est ius retrahendi partem illam, alteri venditam, intra nouem dies in l. 74. & 75. Taur. que sunt lex 13. & 14. titulo undecimo, libro quinto noua compilationis. Rursus si debitoris bona uentant, & creditores emere uelint, si quidem res tantum, potius illi, quam alij cuiusque res uendenda est, si plures, creditori maioris summe, quod si æqualis sint summe, & vnus sit debitoris sanguine coniunctus, vel nullus creditor uelit emere, potius coniuncto, siue creditori, siue non, quam extraneo, l. 1. ff. de priuileg. cred. ubi præ ceteris latè profequitur, & explicat Francif. Ripa, & ad praxim applicat Ludouicus Melia in pragm. taxa panis, conclus. 5. num. 101. Parlat. lib. 2. rer. quorid. c. fin. 5. p. 8. 13. num. 10. Ioan. Bapt. Afinius de exent. §. 6. c. 6. per totum, qui ad plura alia inferunt, de quibus & nos in precedentibus differat. latè egimus. Datur & consanguineo apud nos intra nouem dies ius retrahendi rem extraneo uenditam in l. 70. cum tribus seqq. Tauri, que sunt l. 9. 10. 11. & 12. di. l. titulo undecimo, libro quinto noua compilationis, quod latè ubique Regnicola profequuntur: simileque ius aliàs passum apud nos breuiori tamen tempore concessum est, ueluti ad annonam piscariam oppidorum obligatis, vt retrahere pro tanto possint ab aliis mercatoribus empta, quantum eis opus erat; rursus ipsis oppidis, vt ad vicinorum alimoniam retrahere eodem modo queant à conductoribus vsque ad dimidiam partem frumenti, & similibus seminum, l. 20. & 21. di. l. tit. undecimo, libro quinto, quibus vltra ordinarios addendus est Bouad. in politic. libro tertio, capite tertio, numero 50. vers. El orauo, & capite quarto, numero vigesimo sexto, item ceteris, & senariis artificibus, vt ceram, vel seuum, vsui officiorum suorum necessaria, ab aliis emporibus pro eodena pretio retrahere ualeant in l. 4. & 5. tit. 18. lib. 7.

35 Ex quibus facile est dignoscere ac separare retractus ius à iure prelationis, illud namque proprie locum habet, cum res iam alteri ven-

data, vel que sita erat, quomodo procedunt præfate leges Tauri, & compil. hoc uero tunc tantum, cum ante factam, uel perfectam uenditionem, vel locationem, datur conuentus inter uolentes emere, vel conducere, quomodo procedit Text. in di. l. 1. ff. de priuileg. credit. ac similibus relatis sup. numero decimo quinto, decimo sexto, & decimo septimo, & in di. l. 55. vers. Pero si alguno, tit. 5. part. 5. vt satis ex eis colligitur, & quoad Partite legem aduertit Anton. Gom. in di. l. 70. Taur. numero 27. Ad idemque prelationis ius pertinet lex 18. vers. Porque entendemos, illic: con quien concurren en comprar pan, que no es suuere comprado, di. l. tit. 11. libro quinto, compil. cui addendus est Bouad. di. l. libro tertio capite tertio, numero 50. vers. El nauero, vltra alios à se relatos litera E. Quapropter mirum uideri non debet, si retrahendi ius, vt potest duabus illis regulis superius propofitis repugnans, odiosum iudicetur, nec nisi in casibus à iure expressis locum habeat, iuxta reg. adia restringi, libro 6. cum similibus in argument. adductis. Quod in prelationis iure non æquè procedit, cum nec priori regula aduersetur, nec absolute secunde, sed quatenus detrahatur liberæ dispositionis facultati in præferendo vnus alteri, quam prelationem cum iura in aliquibus casibus ex æquitate concedunt, fauorabilia potius censi debent, cum nec ipsi disponenti quoad pecuniarium interesse, nec tertio, cui nondum ius quesitum est, quoquomodo præiudicent, adeoque ad similes casus maxime ex rationis identitate facilius extendenda, di. l. reg. adia, in 2. part. cum traditis à D. Couarru. libro primo, var. cap. 11. numero quinto, ac post alios optime à P. Thom. Sanch. de matrim. libro primo, disp. 1. numero quarto, ubi quando dispositio fauorabilis, vel odiosa censenda sit, vel ampliari, vel restringi debeat, non minus breuiter, quam eleganter explicat. Inde est, vt prelationem in parte uendita, socio merito tribuerint Bald. & alij præced. numero relati, licet iure expressa non esset, prout apud nos exprimitur in di. l. 55. tit. 5. part. 5. cum in similibus casibus iure concessa fuerit in di. l. 1. ff. de priuileg. credit. & aliis relatis sup. di. l. numero decimo quinto, decimo sexto, & decimo septimo, Inde etiam, vt emphyteutica renouatio iure optimo heredi, vel proximiori defuncti in concursu extraneorum à Bart. & ceteris conuenerit concedatur, iuxta ea que in duabus præcedent. differat. latè diximus, ex quibus merito hanc distinctionem inter ius prelationis, & retractus ex mente Lud. Mellia, & aliorum sup. nominatim obseruat, licet non ita explicet Azעד. in d. l. 7. tit. 11. libro quinto, noua compilat. numero 33. vers. Est tamen notandum.

Non igitur iam obstat secunda arg. propositio, Quod apud nos expressum minime reperitur, retractus ius priori conductori Regiorum uictigalium competere: quia ex dictis facillè respondemus, ius hoc, de quo in presentiarum egimus, non retractus, sed prelationis esse, quod (vt diximus) fauorabile est, & licet Regijs nostris legibus expressum non fuerit, extensionem facilius accipit ex aliis iuris communis. Quinimo extensio non tam dicenda est, quam uirtualis comprehensio, que sumitur ex legibus, hoc prelationis ius expresse concedentibus priori conductori prædiorum fiscalium

lium, quibus iura fiscalia proximè accedunt, & iuris censura reputantur, vt probauimus. Porro leges Regiæ in argum. allatæ, uictigalia, & similia iura, primo conductori ex secunda licitatione addicta, secundo quartæ partis adiectionem facienti applicantes, minime excludunt prelationem primi pro eodem augmento, cum de ea nullum uerbum emiserint sed simpliciter loquantur, atque ita hunc casum omiffum reliquisse censetur sub regula, ac dispositione iuris antiqui, vt primus conductor, idem quod nouus offerens, ei præferendus sit, quia ita semper leges nouæ accipiendæ sunt, ne veteres corrigant, sed ad eas trahantur, l. sed & postiores 28. ff. de legibus l. uni. Cod. de inoff. donibus l. præcipimus 25. ubi. illic: Quod autem hac lege specialiter non reperitur dispositum, id ueterum legum, constitutionumque regni omnes uelutim intelligant, Cod. de appellat. cap. cum expediat 29. do elect. in 6. cum similibus à me relatis, larèque exornatis differat. 5. num. 9.

37 Ex dictis quoque facilius via sternitur ac paratur solutio secundi argumenti, quod dispositione aliam legum Regiarum nitetur, nempe 6. & 7. tit. 9. lib. 9. noua compil. Nec enim illæ leges de prelatione agunt, sed de priuilegio quodam retractus iure, quod in fauorem oppidorum introduxerunt, vt pro Regijs iuribus, ac relictibus, ab illis debitis, possint post eorum etiam licitationem, & adiectionem aliis factam, ipsorum incapitationem pro eodem, vel minore pretio quocumque tempore à Principe impetrare, quod ita specialiter statui necesse fuit, vt conductores scirent, hoc se ab initio periculum subire, nec conuerti possent quod in ipsorum præiudicium incapitationis priuilegium populis concessum rediret, id quod à Principis intentione longe alienum est, l. 2. s. merito 10. & 6. si quis à Principe t. 6. ff. ne quid in loco publico, cum relatis in præced. differat. sub numero 53. ex hoc autem priuilegio iure populis concessio, & si illud inferatur, ius commune in contrarium esse, non possit quis quolibet prætextu adiectionem huiusmodi iurium Regiorum semel alteri legitime, & itreuoacabiliter factam rescindi petere, at non æquè deducitur, non posse primum conductorem, cui illa ex secunda licitatione reuoacabiliter addicta fuerant, impedire ne addantur nouo conductori quartæ partis adiectionem intra præstituta tempora facienti, dum ipse eandem obulerit; quia ex separatim ad separata non fit illatio, l. Papinianus exult. 21. ff. de minor. cum uulgar. longe autem diuersum hoc ius est à primo, cum illud rescissionis sit, & retractus, sui natura odiosum, adeoque restringendum, nisi ex Principis gratia concedatur, hoc uero prelationis fauorabile, & ampliandum, itaut precibus uti necesse non sit, non tamen duo hæc iura inter se pugnant, sed quodlibet in suo casu seruari potest. Ad argumentum uero consuetudinem dicimus, in præfato retractus iure necessarium fuisse conductores, à quibus iure necessarium fuisse conductores iura illis addicta speciali Principis beneficio auocantur, in ceteris omnibus illatos, & indennes conseruare, ne aliàs à conductione huiusmodi iurium facienda prelati reuocarentur, que ratio cessat in iure prelationis, priori conductori concessio, cum id potius sit in causa, vt plures conductores facilius inueniantur, iuxta ea que diximus differat. 13. n. 36. ad fin.

38 Destructis itaque Regiarum legum fundamentis, quibus Parladotus ad eorum calcem relatus nitetur, ipsius quoque singularis sententia planè destructa manet, iuxta regul. Text. in cap. quatuor, & quando 24. vers. Et ideo sancti, illic: Ne concessis columnis corruat edificium, cum relatis à gloss. uerbo concessis, ext. de accusat. Nisi forsan ex eo quoque motus est, quod veteres leges dimittant præferant primum fiscalium, aut publicarum rerum conductorem, qui toto conductionis tempore in re conductione permansit, sequentis temporis conductori, atque ita uideantur id priuilegium concessisse ipsi continuatæ, & completæ conductioni, que poruit plures annos durare, & olim uictigalia in quinquennium à censuribus locabantur, teste Marco Varrone libro quarto de Lingua Latina, quod & constat ex l. 3. cum quinquennium, ff. de iure fisci, posteaque id restrictum est ad triennium præfatum in l. penes illum 4. Cod. de uictigalib. & commiss. nostrati uero iure uoluntarium, sed diuersimodè: nam id iure Partitarum intra eas metas continetur, nec amplius esse potest, l. 7. circa finem, vers. Pero qualquier, ubi notat Gregorius Lopez glossa quinta, titulo septimo, part. quinta, at nouissimo compilationis iure uictibus progredi ualeat, l. 13. vers. Porque los terminos en que para el segundo, & qualquier de los años del arrendamiento, & l. 18. vers. Porque quando la uenta se arrienda por dos o tres años, o mas, titulo undecimo, libro secundo, illic: Por el año o años & l. 4. in princip. cum aliis, titulo decimo tertio, libro nono, compilat. ac notat licet non ita explicet Gironda de gabell. secunda part. in princip. numero decimo sexto & decimo septimo. Sed nec hoc mouere magis Parladotum debuit, aut potest, quia ex quo Regij reditus ex secunda, ac postrema licitatione alicui addicti sunt, ualida, ac perfecta fuit locatio, nec conductori imputari potest, quod per totum tempus, quo facta fuit, in ea non permanserit, adeoque non minus iuris habere debet, ac si permansisset, argument. Text. in l. qui operas 38. illic: Qui operas suas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non fuerit, quo minus operas præstet, ff. locati, confort regula Text. in cap. cum non fiat, 66. de regul. iuris libro 6. cum uulgar. Accedit, quod is, cui iura, ac uictigalia Regia semel addicta sunt, confectum ad idoneam satisfactionem, ac plura alia onera, sub aliquot contrauenienti impositis pænis adstrictus est, vt videre licet, ex l. 7. 8. & 9. iuncta l. 10. cum 4. seqq. titulo 11. & l. 8. 9. 10. & 11. titulo duodecimo libro 9. noua compilationis, quas in proposito rectè aduersus Parladotum. expendit assiduus aliqui eius sectator Volanus, sup. numero 32. relatus. Nec rursus pro Parladotio allegari potest praxis, & obseruantia, de qua testatur Andreas de Barulo, cuius ipse non meminit, quia illa procul dubio erroneè introducta est, & contra ueritorem sententiam hæctenus latè fundatam, atque adè induci rectè aduersus eiusmodi praxim potest optimus Text. in l. sed licet 12. illic: Non tam spectandum est quid Roma factum est, quam quid fieri debeat, ff. de officio Præs. qua de re alibi dicam aptius.

39 Ex quibus omnibus, & dubitandi, & decid. ratio colligitur ad licen, que multò post hæc scripta agitata est, in eodem Hispanen. Senatu inter Duem de Alcala, & Franciscum Manro ex vna parte, & Bartholomæum Velasco, & Paulum Fernandez ex altera, cum enim

hi duas horti sortes, vulgò dictas *del Naranjal*, & *de Sancto Domingo*, sitas sub horto magno, quod vocant *del Rey*, ad præfatum Ducem ex donatione Regia pertinente, ab eodem Duce in publica subhastatione in septennium conductissent, & ex vltima licitatione, & additione habuissent 9. die Octobris anni 1625. pro pretio quatuor mille, & quadringentorum regalium in singulos annos sub quibusdam conditionibus, quantum vna fuit, quod huiusmodi locatio, & additio fieret instar locationis, & additionis iurium, ac redituum Regiorum, iuxta leges quaterni gabellarum; postmodum 3. die Ianu. anni 1626. nempe 86. die post additionem factam Bartholomæo, & Paulo, ad eoque intra terminum 90. dierum Regis legibus præstiturum ad additionem quartæ partis in conductione Regiorum redituum faciendam, dictus Franciscus Manito eandem adiectionem quartæ partis in prædicta sortium locatione fecit; quam cum Dux admisisset, ex eius parte 8. die eiusdem mensis, & anni coram ordinario iudice petitum est, dictos Bartholomæum, & Paulum à possessione dictarum sortium expelli, eamque vacuum Francisco Manito tradi (quam possessionem *con lanzamiento* vocamus) quod licet ex parte illorum contradiceretur, allegato solennitatis defectu in subhastatione, & prælationis iure sibi pro eodem pretij augmento, quod offerrebant, competente, ac nonnullis aliis, ita nihilominus per iudicem abique illorum præiudicio, si quod postea prætenderent, iustum est, & à Senatu in gradu appellationis, & supplicationis confirmatum. Illis igitur postea ex vi reuerentionis sibi factæ in Senatu insistentibus super prælationis iure, quod à Duce, & Francisco Manito ab ipso causam habente contradicebatur, questum est an id illis hoc in casu competere? & competere quidem ex prædictis planum videbatur, nam cum locatio facta fuerit sub iisdem conditionibus, quibus Regij reditus locantur, in horum autem locatione prælationis ius primo conductori competat pro adiectione quartæ partis ab altero facta, eodem modo hoc in casu illi locus esse debuit, cum talis pactio iure admittatur, ac valeat, iuxta superius tradita *num. 29.* pactio autem contractibus interposita, eis formam, ac legem det, *l. iuris gentium 7. §. quinto ff. de pact. l. legem 10. l. in bona fidei 13. C. eod. l. 1. §. si conuenit, ff. de pact. l. in conuenientibus 52. ff. de verb. oblig. l. contractus 23. vers. Sed hac ita (vbi ego quondam scripsi sub cap. vltim.) ff. de reg. iur. cap. contractus 85. eod. titul. in 6. ceterum contrarium decisum est me iudice 26. die Nouembrii anni 1627. ex eo potissimum * quod per pactum in prædicta locatione appositum, quod ea fieret instar locationis Regiorum redituum, nominatim se contrahentes retulerunt ad disposita per Regias quaterni gabellarum leges, in quibus ius illud prælationis minime expressum reperitur, sed id tantum, quod quartæ partis adiectio intra 90. dies, vel tres menses admittatur, qua admissa, prior fiscalium iurium conductor, eandem offerens, dumtaxat præferatur ex vi veterum legum iuris communis, quæ in dubio non censentur correctæ per nouas Regias, contrarium specialiter non disponentes, iuxta ea quæ diximus numero *trigesimo sexto*, Sed nec tacite id prælationis ius conceditur in *l. 1. o. titulo decimo tertio libro nono noua com-**

pilat. cuius supra numero vigesimo quarto, meminimus, quatenus disponit, adiectionem quartæ partis, intra præfata tempora factam, notificandam esse conductori, cui Regij reditus additi fuerant; non enim talem notificationem requirit ad effectum prælationis ei concedendæ, cuius nullibi nostratres leges meminere, vt diximus, sed ad hoc tantum, vt prior conductor obicere possit defectus solennitatum, & conditionum, quæ ad valorem, & firmitatem factæ adiectionis requiruntur, cum illis probatis, penes ipsum reditus remaneant, adiectione amissa, & in pecunia sisco applicata, quemadmodum apparet ex *diss. l. 10. illic: Paraque alegre de su derecho, si quisere, in d. l. 11. sequent. ad fin. vbi post relata requisita, quæ adiectionem facienti incumbunt, hæc adnectuntur verba. T si assi no lo hiziere, y cumplirere, que pague a nos la puxa del quarto, y que se pueda librar en el, y en sus fiadores, y que de la renta con el primero que la tenia, l. 15. illic: T aquel arrendador menor, sobre quien fuere fecho el dicho quarto, pueda alegar de su derecho, iuncto sine, ibi. T que aquel postrimero arrendador, que fiziere la tal puxa, sea tenudo de la noificar al arrendador primero, sobre quien la hace, & l. 17. in princip. illic: Los arrendadores primeros, en quien estauan las rentas, se oponen a las dichas puxas del quarto, y dizen, y alegan, que aquellos no han lugar, y que los dichos puxadores no aspararon las rentas, ni hizieron, ni cumplieron lo demas contenido en la ley, iuncto vers. T el primer arrendador. Non igitur ob aliud priori conductori posterioris adiectio notificatur, quam vt de iure, & interesse suo doceat, adiectione ad nihilum redacta, iuxta regul. *Tex. in l. nam ita Diuus 39. illic: Adhibetur etiam huius, qui contradicunt, id est qui laderunt confirmatione adoptionis, ff. de adoption. l. etiam si pare 29. §. fin. vers. Cum non euocatis, ff. de minor. l. 1. §. denunciare, illic: Huiusmodi quorum interest, ff. de infiducio ventre, & l. de uno quoque 47. ff. de re iudic. Vide cauendum est ab Auileio capite *trigesimo secundo*, Prætorum, verbo de puxar, numero decimo vers. *Quoque intellegem, qui putat, notificationem faciendam primo conductori, ad hoc vt ille possit vincere licitationem, hoc est maiorem adiectionem facere, argument. Text. quem sic intellegit in l. licet 7. illic: Licet autem venditori meliore alata conditione addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adicere, & in leg. necesse 8. illic: Vt si quid alius adicit, ipse quoque adicere possit (hoc est supra illud) ff. de in diem addition. sequutus Baldum in *diss. l. licet*, qui sic eas leges intellegit, vt & Pinellus obiter ad legem secundam secundam parte, capite tertio, numero decimo quarto *Cod. de resind. vendit.* quomodo etiam nouissimè eas ll. interpretatur Anton. Fab. in rationali ad ipsas, & latius de error. pragmat. tomo primo, decade *vigesima tertia, error. secundo*, ad medium, & error. tertia, per tot. est enim longè veteris, præfatas leges sic esse accipiendas, vt prior emptor possit plus illud pretij, quod ab alio adicitur, adiciens; rem emptam retinere, contractusque resolutionem euitare, vt intellexit rectè Richardus de Malumbre, quem refert, & sequitur Albericus in *d. l. licet*. sentitque planè Accurf. *in d. l. si in emptionem 35. verb. audietur*, per Text. ibi. ff. de minor. ac per eundem Text. docuit Emanuel Suar. in *arretar. ad Pinell.****

ubi

ubi proxime, immeritò taxatus ab Antonio Fab. supra, & saltem hunc sensum amplexa est *lex quadragesima, vers. E decimos, titulo quinto, part. quinta*, illic. *E si el le cumpliere aquella memoria, dese la recibir del, e dexarle la vina, dandole el precio sobredicho con la memoria*, vbi notat Gregorius Lopez, *gloss. septima*, quicquid ad eum Hermosilla numero *septimo*, contraferat, inspecto iure communi, secutus Antonium Fabrum, quem solum citat, multoque magis errauit Auilesius, qui non animaduertit contrarium apertè apud nos probari *in d. l. 40. parita*.

41 Cum itaque Regiis nostris legibus nec expressè, nec tacite comprehensum fuerit præfatum prælationis ius, sed id ex veteribus legibus sumatur, quæ in dubio correctæ non censentur, ad leges quaterni gabellarum relatum, de eo prælationis iure in illis non comprehenso intelligi, cum ad aliud regulariter pactum non obliget, quam quod in eo nominatim expressum est, est enim sui nature stricti iuris strictèque interpretandum, maxime contra eum, qui legem sibi vtilem apertius dicere potuit, *l. veteribus 39. aliis 40. ff. de pact. l. ea lege 51. ff. locati, l. cum quatuor 26. ff. de reb. dub. l. Arriano 47. illic: Vbi de obligando quaritur, propensiores esse debere nos, si habemus occasionem, ad negandum, ff. de obligat. & act. l. stipulatio ista 38. §. in stipulationibus, & l. quicquid adstringenda 99. ff. de verb. obligat. cap. contra eum 57. de regul. iur. in 6. l. 2. in fin. vbi Gregorius Lopez *gloss. vltim.* alia iura refert, titulo *vigesimo tertio, part. septimo* cum his, quæ ultra ordinarios vbiq. & relatos ab Alphano collect. 248. tradit, & explicat eleganter Stephan. Potcatul. in *reclamatione iur. dialogo 117. numero primo*, Prædictumque pactum id tantum operatur, quod adiectio quartæ partis in locatione illa intra terminum 90. dierum Regis legibus præstitutum admittenda sit, quæ alioqui non admittetur etiam in locatione à Republica facta, longèque minus à dominis temporalibus, nisi virtute talis pacti, aut consuetudinis, vt resoluunt Doctores relati supra *diss. numero vigesimo nono*. Non verò vterius trahendum est, vt primus conductor illatum sortium, adiectionem offerens quartæ partis, quæ ex vi talis pacti ab altero facta est, nec alioqui admittetur, eidem præferatur, quia conductor, cuius intererat, id debuisset expressè in conuentionem deducere, aliàs contra eum interpretatio fit, iuxta nuper tradita, maxime ex *Tex. in proposito elegantissimo in diss. l. ea lege 51. ff. locati*. Accedit, quod si pactum illud simpliciter prolatum, hoc etiam ultra adiectionis admissionem operaretur, duo contineset specialia, quæ in dubio concurrere non debent, vt ad conciliationem *Tex. in l. cum post 69. aliis 70. §. gener*, (qui alias est sub §. in domum) ff. de iure dot. cum *l. 1. Cod. de dori promiss.* obleruat *gloss. verbo placuit, vers. Velibi promissio, in d. l. §. gener*, & *gloss. vltim. circa fin. vers.* Ad aliam dic. & vers. Vel hic nudo pacto *in d. l. 1. quam conciliat*. ex pluribus communem factur, quicquid tam neget Petrus Barbosa, 3. part. leg. 1. ff. soluto marimon. numero *quadragesimo quinto vers. Pro concordia*, qui tamen ibi numero *quadragesimo sexto vers. Succedit igitur, & in l. si alienam 12. numer. 89. vers. Præterea etiam admittamus, ff. eodem titul. id iuris bro-**

catidum certo modo declaratum admittit, quod nos latè exornauimus *dissertat. 6. num. 39.* Nec dicatur, Barbosa declarationem, vt id procedat tantum cum vtrumque speciale æquè principaliter inducitur, scilicet quando vnus venit in consequentiam alterius, in præfata specie verificari, quia admissa semel adiectione, hæc ei consequens est, vt prælatio sit admittenda, quemadmodum admittitur in locatione Reipublicæ post admissam ex vi similis pacti, aut legis municipalis, aut iure extraordinario restitutionis, vt superius resoluimus *num. 30.* inde sumpta æquiparatione, quod sicut in illa non consideratur effectio, vni magis quam alteri locandi, sed interesse pecuniarium tantum, sic nec in præfata Ducis locatione aliud videatur considerandum, cum huiusmodi magnatum bona, sicut & Reipublicæ per alios administrari soleant, in quibus magis quam in ipsis dominis affectio daretur, quæ potius eis damnosa foret, iuxta ea, quæ diximus *dissertat. decimatercia, num. 36.* Quia talis æquiparatio neganda est, nec enim verum est, in huiusmodi administratione affectionem dominorum non dari, cum ex peculiari eorum iussu, & ordinatione fiat, qui plerumque voluntatis libitum interesse pecuniario præferunt; quod in memorato casu eo euidentiùs constitit, quod in eo Dux ipse pars formalis fuit, secundumque conductorem ad eum enixè defendit, vt & ipse singulorum iudices priuatim inuiserit, de quæ illius iure, ac suo & certiores, & commendatos fecerit.

DISSERTATIO XVIII.

De die termini, ad actum aliquem peragendum præfiniti, an in termino ipso computetur, & obiter an, & quando computatio fiat de momento ad momentum, an item mensis, vel mensium appellatio simpliciter prolata, de triginta diebus tantum pro quolibet mense intelligatur, nec ne? ad elucidationem nonnullorum iuris locorum, tam communis, quam Regii.

SVMARIA.

- 1 Quæstionis hypothesis refertur.
- 2 Tempus sine de momento ad momentum currat, sine non, semper dies termini videtur in termino computandus, & aliquot in proposito legum diffidia notantur.
- 3 Tempus in dubio semper intelligitur continuum, nisi aliud specialiter lege cautum reperiantur, ibidem.
- 4 Diem termini in termino ipso computari, iure, & Doctorum auctoritatibus probatur.
- 5 Id esse certius plures ex Regnicolis nostris docuerunt, cum terminus apponitur à die actus & eius rei exempla.
- 6 Sed & tunc si de hora constet, qua actus exordium sumpsit, computationem fieri de momen-